Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

in pace quiescit. Secundus henricus qui diuicus omnibus vixit. et patri in dominio austrie successerat. monasterium sancte crucis a patre inchoatum complevit. dotemque adauxit. ac gertrudim lotarij eius nominis tertij romanorum imperatoris filiam duxit vxorem. contradumque huius nominis secundum romanorum imperatorem in asiam cum expeditione pro tuitione cristiane religionis secutus est. deinde vero redieus post contradi obitum. a friderico eius nominis primo qui pacem austriae libus dedit suppresso marchionatus nomine. primaque austrie ad ducatus preeminenciam euexit. terrasque ipsam magnis et singularibus honestauit priuilegijs. quae priuilegia consecutus cum pace frueretur. henricus ipse nobile monasterium apud wiennam erexit. quod sancte marie scotorum uocauit. multaque illi bona concessit. in quo regularis obseruancia diu exactaque seruata est. ac pluresque ibidem monachi vite sanctimonia claruerunt. Hic henricus relicto leopoldo filio eius nominis apud austrie principes quinto. annis plenus ad vitam aliam migrauit feliciter. Tertius deinde leopoldus huius nominis princeps austrie quartus. bauarorum ducatum adeptus. monasterium gotwicense suis bonis locupletauit. et post varios bellorum cursus victor euadens. in agro patauiensi mortem obiit. cuius corpus in austria delatum in monasterio sancte crucis quod pater eius construxerat tumulatum fuit. Quartus ernestus qui in eodem loco sepultus iacet. Quintus otto nomine cui a puericia ipsa semper religionis studia placuerunt. vt primum latinas edidicit litteras. ottone primo neuburgensis ecclesie sepulto defuncto. eidem ecclesie in prepositum prefectus. mox deinde in parisius missus. apud celebrem illa scola et orbe toto famosam. liberales artes ipsamque totius vite magistram sectatus philosophiam. demque altissime theologie ediscendis archanis totum se tradidit. quibus in rebus cum reliquis sui aui doctissimis viris prestare videretur. ad asterciences monachos sese contulit. atque in monasterio morimundi cum alijs quinquecim